V. Requiem æternam dona eis, Domine.
R. Et lux perpetua luceat eis.
V. Requiescant in pace. R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

ORÉMUS.

FIDELIUM, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur : qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

Voyez la remarque de la page suivante.

V. ANGELUS Domini nuntiavit Mariæ.
R. Et concepit de Spiritu Sancto. *Ave, Maria, &c.*
V. Eccè ancilla Domini.
R. Fiat mihi secundùm verbum tuum. *Ave, Maria, &c.*
V. Et verbum caro factum est.
R. Et habitavit in nobis. *Ave, Maria, &c.*
V. Ora pro nobis, sancta Dei genitrix,
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

GRATIAM tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut, qui angelo